


P V I S



1 6 0 5

4
1600



LXXXVII.
N V P T I I S

86

DOCTISS. ET HVMA-
NISS. VIRI DN. ISAACI GREGORII
SERVESTANI, BONARVM ARTIVM
& Philos. Magistri, ac Scholæ patriæ
suæ hypodidascali,
Sponsi,

CELEBRATIS

CVM HONESTISS. FEMINA
*Maria, Venerabilis V. Dn. M. Iohannis
Schuberti, ibidem quondam Verbi diuini
ministri, relicta vidua,*
Sponsa,

Carmina nuncupata ab amicis, quorum suis
singulorum verbis nomina sunt
adscrip̄ta.

dm.



SERVESTAE,
Typis Iohannis Schlerij, Anno M DC II.

100

N V P T I S

DOCTISS. ETHVMA

M. G. V. T. D. N. ISAACI GREGORII

SERVATI R. O. N. A. R. V. I. A. R. T. I. V. M.

& P. H. O. S. M. A. G. I. S. T. R. I. S. S. C. H. O. L. E. P. A. R. I. S.

IN P. A. R. I. S.

1611

G. L. E. B. A. T. I. S.


CVM HONESTISS. FEMINA

M. G. V. T. D. N. ISAACI GREGORII

SERVATI R. O. N. A. R. V. I. A. R. T. I. V. M.

& P. H. O. S. M. A. G. I. S. T. R. I. S. S. C. H. O. L. E. P. A. R. I. S.

IN P. A. R. I. S.



1611

1611



PSALMVS CXXIX.

COMMENDANS OMNIBVS

hominibus & imprimis coniugibus timorem

Dei, & manuum laborem, utrunq; ad vi-

ta beatitudinem summoper-

necessarium,

Expositus carmine Alcaico, &

amicorum nuptiis pro communi γαμηλια leu

voto nuptiali destinatus.

à

GREGORIO BERSMANO.



Ter beatum, quem Domini

timor

Recto gubernat tramite, nec

sacrà

A lege diuersum salebris

Deuius insinuauit error!

O te beatum quisquis es aut eris!

Nam sorte quamuis paupere sis, tui,

A 2


Icua

Ioua benigno, te laboris
Fenus alet. Facilem ille abundè
Victum refundens, ut bene sit tibi,
Cornuq; pleno copia suppetat;
Rumore vortant ac secundo
Cuncta operum tibi prosperabit.
Ceu vitis arctans palmite coniuge
Vlmos maritat; ceu viridi domum
Incingit amplexu stolonum:
Sicut tua te sobolis feraci
Stipabit uxor germine liberum
Mensam ambientum, crebro uti termitè,
Non mentiente spem coloni,
Arborem oliua onerans renodat.
Hac sunt rimentis numinis à Deo
Promissa vita commoda, qua manent,
Euentibus rerum inuidendis,
Corde Deum ingenue colentem.
Reclor Sionis, celicolum parens
Lauto bonorum te cumulo obruet,
Vrbemq; sedem qua locasti,
Commoditate beabit omni.
Florente pacis quò Selyma bonis,
Atq; Iraelis incolumi statu,

Datosq;

*Natosq̄, natorumq̄ tecum
Progeniem aspicias beatam.*

ADDOCTISS. ETHV-
MANISS. VIRVM DN. M. ISAACVM
GREGORIVM, SCHOLAE SERVESTA-
nae collegam, &c Sponium.

 *Qui flosculus eruditiorum es (quos
Quot sunt, ante quot aut fuere, vel
Longè post alius erunt in annis!
Men' vis, quaso, tibi Talassionem*

*Verbis dicere non Tal sionis?
At certè obruta mens labore multo
Torpet, ingenijq̄ languet ille
Mei spiritus, haud mihi fauorem
Infelix solitum Thalia prestat.
Hinc malim timidus domi latere,
Malim certè habitare solus ipse
Mecum scilicet arane lupinis
Distent, neue habeant mali Theones
Quod verso iugulare pollice ausint,
sed virtus tua me iubet malurum
Floccipendere cocuas, & omnes*

Fungos

Fungos spernere: nil quibus mamilla
Laua in parte salit quibusq; dexter
Non solet bene subsistere ocellus,
Et queis pro sale Varro dicit esse
Ut porcis, animam datam, quibusq;
Aetatem volup est jacere lecto.
Sed sino Arcadicum pecus, valere,
Atq; ad te venio paratus, Et te
Sponse, ter quater amplius beatum
Lata pradico voce: cui cupita
Vxor ducitur atq; mancipatur,
Vxor ingenua beata fronte
Vxor atherea beata forma.
Qualem vel Venus ipsa, vel Tonantis
Coniunx Et soror, aut patrima Virgo
Exoptent sibi, si velint adire
Iam valles iterum virentis Ida,
Qua spectanda vel hac, vel hac, vel illa,
Quouis iudicio superba malum
Vixitrix aureolum reportet astris.
Et te ter quater amplius beatam
Sponsa, pradico, cui diu cupitus
Ad aras datur atq; mancipatur
Insigni iuuenis venustus ore.

Quis

Qui sui generis cluit corolla,
Qui sui generis cluit columna,
Et pellucida gemma; Gratiarum &
Musarum suboles, medulla Suada.
Illum Daphnide cinxit auiterna,
Illi dicitur Apollo digna cedro
Metra, qua piperi negant cucullos.
Nec scorbros metuunt, nec ulla tura.
O qui coniugij sacris in hortis
Sanxisti fœdera, Christe, quiq; in una
Carne vivere vis duos, ut inde
Liberis hominum genus propages,
Huc huc ferto gradum, faucq; sponsis,
Qui te, pollicitis tuisq; freti,
Vinclis coniugij ecce copulantur.
Sit mens una, cor unicum, voluntas
Unica, unus amor, torus sit unus.
Te dante, eueniant tot auspiciata
Sponsis hisce nouis; ager quot herbas,
Quot spicas segetes habent onusta,
Quot terra Attica mella, litus algas,
Montes robora, Ver habet colores.
Quot stellis micat aethra, quot notantur
Unda piscibus, alma quot ministrat

Tellus


Tellus vere nouo subinde flores
Illis sufficiat torus venustam
Prolem, qua referens suos parentes,
Per laudes eat huius illiusq;
Euentura precor. Deus rogantum
Votis pronus adest, ijsq; pondus
Vult inesse, nec ista donat Euris.

Amoris & honoris ergò de-
properabat

Tobias Hervvigijs P.C.

PSALMVS CXXVIII.

Nuncupatus Sponsis iisdem.

 Verè ter & amplius beatus
Ille! quem Domini timor gubernat
Recto tramite; deuius nec eius
A viâ insinuavit error unquam.

O verè ter & amplius beatus
Ille! quem manuum fouent labores.
Namq; quisquis es! affatim secunda
Ex votis animi tibi per auras

Cedens

Cedent omnia: proprioq; partis
Audore ipse opibus tuis fruere.
In domo, tua, VITIS instar, uxor
Florebit tibi: prodigoq; mater
Patrem germine liberum beabit.

Sicut, Vere novo sui coloni
Spem fallēs minimè, ast ferax amœnis
Se diffundit agris. OLIVA mensam
Sic tibi agmine liberi replebunt.

Hæc sunt munera Numinis timentis,
Qua manent superum Patrem colentē.

Largitor quoq; munerum benignus,
Largo flumine, fertilem bonorum
Imb. em depluet è iugis Sionis
In te, cordis honore iussa summi
Colentem DOMINI: tuâq; causa
Urbem, quam colis, optimè beabit.

Vt pacis Solymam bonis fruente m,
Vt latos ISACI bonâ nepotes
Pace, atq; incolumes, simulq; natos
Natorum videas senex beatos.

Johannes Cramerus
Seruestantus,

ALIVD

A L I V D.



Axima concordēs Divæ cui dona paratis?
Cui Paphiæ flores fers Erycina rosæ?
Mentior? an Sponsis portantur munera: de cæli
An pia velintur tempora flore viri?
Sic est: GREGORIO HZCHACO ducitur vxor,
Artibus exulto digna MARIA viro.

Si mihi se dextera facilis præberet Apollo:
Accinerem tedi carmina, Sponse, tuis.
Sed quia Musa verat, secundo carmina veru
Fundero, & Aonijs verba ligare necdis:
Vota feram, caris quæ sunt meliora lapillus,
Gemmifer in viridi quos legit Indus aqua.
Sit Sponsus felix: felix sit Sponsa, beatus.
Felicem vitam degat vierq; diu.
Sponsa pudoris amans sit fausta: sit ipse maritus
Faustus, Pierij fama decusq; chori.
Quot flores tellus, quot reddat messis aristas;
Quot frutices sylvæ, flumina pontus habet.
Gramina quot florent campo; quot sidera celo
Lucent; quot pennis aëra tranat avis.
Quot pinnis nitidi percurrunt flumina pisces,
Quotq; ferunt horti poma, quot Hybla fauoss.
Tot tibi felices sine morbo, Sponse, precamur
Menses, qui ingenio, moribus, arte vales.
Tot tibi felices sine morbo, Sponsa, precamur
Menses, quam decorant gratia, forma, pudor.
Sit sine lite torus: non turbent iurgia mensam:
Pacis alumna QUIES adsit, & absit ERIS.
Gaudia lectus amet; sit amor sine felle; sit vnum
Cor vobis; sit mens vna, sit vnus amor.
Nulla domos vnquam vestras perturbet Erinny:
Sed DEVS à vobis arceat omne malum.

Aspiciantés

Aspiciantq; simul placido vos Numina vultu;
Ac vobis largas arca ministret opes.
Frugifer ut gravidæ succrescit termes OLIVAE:
Pulchrâ ita IIZCHACVM prole MARIA bect.
Quæ patriæ proficit referens quæ signa paternæ
Virtutis, celebret facta stupenda DEI.
Viuite concordēs, felices viuite in annos
Nestoreos, Pylij ducite secla senis.
Quæ precor, eueniant: nostris Deus annue votis;
Hisq; finas precibus pondus inesse, precor.

D I S T I C H O N

*Annum, Mensē, ac Diem nuptiarum
exhibens.*

LV Cet ab Eoo q Vater Vt fa X septl Ma IV nI:
Gregori V s Le Ctl V In CLa fa Crata s Vble.

Eodem Autore.

F I N I S.



Atque in...
A...
F...
P...

...
...
...

...
...
...

...
...
...

...
...
...

...
...
...

...
...
...

...
...
...

...
...
...

D

Ci

Pij

Int

D

...

D









Jf 4600


ULB Halle 3
003 299 04X




SB.

V077







LXXXVII.
N V P T I I S

86

DOCTISS. ET HVMA-
NISS. VIRI DN. ISAACI GREGORII
SERVESTANI, BONARVM ARTIVM
& Philos. Magistri, ac Scholæ patriæ
suae hypodidascalæ,
Sponsi,

CELEBRATIS

CVM HONESTISS. FEMINA
*Maria, Venerabilis V. Dn. M. Iohannis
Schuberti, ibidem quondam Verbi divini
ministri, relicta vidua,*
Sponsa,

Carmina nuncupata ab amicis, quorum suis
singulorum versibus nomina sunt
adscripta.

dm.



SERVESTAE,
Typis Iohannis Schlerij, Anno M DCII.

100